

in his casibus tenetur ad restitutionem. Aliquid autem videtur esse illicitum ex iure positivo Civili, quod prohibet universaliter sale lucrum. Sed quia ius Civile non obligat omnes, sed eos solos, qui sunt huiusmodi Legibus subiecti...

Synodus Liber Nemausensis Ecclesiae an. 1284. editus. Restitutionem in Penitentiali Iudicio illo injungendam esse docet. Qui voluntarius, & causa cupiditatis lucratus fuerit aliqua in ludo.

Non solum in foro conscientiae, sed etiam in foro civili Restitutionsi obnoxii sunt, qui a filiis familiaribus, & minoribus aliquid sileo lucratur, ut constat ex L. Quod in convivia, Tit. De Aleatoribus, in Digestis. Si servus (inquit) vel filius familiaris vitium fuerit, patri, vel domino compertus repetitur. Carolus IX. Rex Christianissimus in Constitutione Molinensi anni 1566. pecunias, & bona ludis aleatoribus a minoribus perditis, ab ipsis, vel ab eorum parentibus, tutoribus, & curatoribus repeti posse statuit.

In eos, qui ad ludum alex. alioscogent, sive ab initio, sive vici, Romano iure veteri animadvertitur, & actio datur L. Prator, Tit. De Aleatoribus, in Dig. Prator ait, tu enim, qui alea ludenda causa vim intuleris, uti quoque res erit, animadvertam. In colluctores, qui fraudem legerant, velut in raptores actio concessa. Si rapinas fecerint inter se cellulores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio.

Justinianus Imperator sanxit, Viduum in alea lusu, non posse conveniri: Et si solverit, habere repetitionem, tam ipsam, quam heredes eius, adversus victorem, & eius heredes, idque perpetuo, Etiam post triginta annos. Quod si vel ipse, vel eius heredes repetere neglexerint: licet cuiquamque volenti, & praecipue civitati, ut quia id factum est, Primati, vel Defensori petere, Et in opera civitatis id expendere. Data autem super alea lusu canonis sit irrita, & condici possit. Verba sunt Legis, Viduum, C. Tit. De Aleatoribus. Et L. Alearum, ibid. Hac generali Lege decernimus, ut nulli liceat in publicis, vel privatis domibus, vel locis, ludere neque in genere, neque in specie: Et si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur, & compenitibus actionibus repetatur ab his, qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, a Patre, aut Defensoribus illius civitatis, non obstante nisi quinquaginta annorum praescriptione; Episcopi vero locorum hoc providentibus, & Praefidis auxilio veniuntibus.

Qui a Monachis lucratus aliquid alea, aut ludo quocunque fuerit restituitur tenetur Conventui, cujus membra sunt, Proprium enim Monachus, seu quicumque voto paupertatis obstrictus Vir Religiosus non habet, nec habere potest: & si quod ipsi a Superioribus conceditur, in usus religiosos duntaxat, non ad ludum perimitur.

Restitutionsi praeter obnoxios est, qui a Beneficiario lucratur aliquid alea ludo, siquidem Beneficiarius dispensatur est dantaxat, non dominus bonorum Ecclesiae, quae sunt Oblationes fidelium, pretia peccatorum, patrimonium pauperum. Debet autem restituere pecunia ex huiusmodi ludo proveniens, non ipsi Beneficiario, qui ludo illicito, & Clericis spectatum per sacros Canones prohibito, illam amittit, sed pauperibus. Obnoxii sunt etiam Restitutionsi, qui a muliere conjugata, Onoxii sunt etiam Restitutionsi, qui a muliere conjugata, Onoxii sunt etiam Restitutionsi, qui a muliere conjugata, Onoxii sunt etiam Restitutionsi, qui a muliere conjugata...

Hanc regulam confirmat S. Anton. P. 2. Tit. 2. c. 4. §. 17. Qui decipit in ludo (inquit) ut per falsos taxillos, per falsas chartas, aut dicendo mendacium, si vincit, tenetur restituere decepto. 2. Quando vincit eos, qui alienare non possunt, ut sunt servi, filii familiaris, praecipue pupilli, uxores, Religiosi, & huiusmodi, hac oportet restituere his, qui habent curam illorum. 3. Quando vincit eum, quem induxit, vel traxit ad ludendum multa importunitate, cum non vellet ludere, vel volentem a ludo recedere invitum ducit, tenetur restituere.

REGULA XXVIII.

Qui Restitutionsi obnoxius est ratione delicti, furti scilicet, rapinae, usurae, etc. Rem alienam restituere debet eo loco, ex quo iniuste ablata est, & ubi degit ille, cui datum est illam, idque propriis sumptibus, etiamsi illi occiderit rei ablatae valorem.

Aequitas enim postulat, ut qui laesus est, servetur indemnis, & restitutus in integrum, contra, qui datum fecit, gravetur, siquique impudent & sumptus, quos ad restitu-

tuendum facere debet, secundam regulam Juris 86. in Sexto: Damnum, quod quis culpa sua sentit, sibi debet, non alii imputari. Hanc Regulam confirmat Canon Redintegranda, Causa 3. qu. 1. Quod Joannes Pontificis Maximi Responsum est: Redintegranda sunt omnia excommunicati... Et in eo loco, unde accesserant, funditus revocantur.

REGULA XXIX.

Qui ratione solius rei accepta obnoxius est Restitutionsi, quia videlicet rem alienam invenit, collegitque, ne domino pariter, aut bona fide emit, vel possedit, & postea cognovit esse alienam, tenetur restituere, in eodumtaxat loco, ubi res illa extat.

Cum enim nullius damni causa fuerit, nullamque fecerit injuriam, aequum non est, ut gravetur, Dominum itaque monet, ut significet, quid de re sua fieri velit, aut eam transtulit, sed ejus sumptibus, si vero ille sit malum dicens, debet sibi transmitti, quod ei debetur, & praecipue si sit rei magis valoris, & postea commode transmissit: alioquin debet in aliquo loco tuto deponi, ut pro eo conservetur, & domino significari (inquit S. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. in Responsione ad tertiam objectionem.)

REGULA XXX.

Qui Restitutionsi obnoxius est ratione contractus, restituere debet in loco, de quo conventum est, aut in quo voluisse dominum, ut sibi restitueretur, esse verisimile.

Ut enim habet regula Juris 85. in Sexto, Contractus ex conventionem legem accepit dignoscuntur. In contractibus commodati, & depositi, ubi res eodem numero restituenda est, res aliena reddi debet in loco, ubi est accepta, & quidem sumptibus commodatarii in commodato, sumptibus autem deponentis in deposito. Sui enim postulat, ut in cuius utilitatem res accipitur, onus ferat sumptuum, qui sunt ad ejus restitutionem necessariis. Commodatum porro est in utilitatem commodatarii, depositum accipitur in utilitatem deponentis. Qui ergo librum, vel equum accepit commodato, debet eam fide sumptibus remittere domino ad locum, ubi accepit, non tamen in locum longe distantem, quo forte dominus transmississet, nisi aliter fuerit conventum. Qui vero depositum gratis custodientem accepit, sumptibus deponentis illud restituit, ubi deponens ipse voluerit: non enim aequum est, ut ferat expensas, qui nihil commodi ex deposito accipit. Mutuum vero ibi solvendum est, ubi fuit acceptum, & similiter pretium rei emptae, ubi emptae est, nisi aliter conventum fuerit. Quae quidem conventio, ut justa sit, compendendum est onus, si quod alteri parti imponitur. Non licet enim obstringere debitorem, ut quod mutuo accepit Patris, solvat Lugduni fuis sumptibus, quia sic creditor lucrum perciperet ex mutuo, adeoque ultra committeret. Si ergo illud onus imponitur debitori alio contractu, illud compenari possit aequitas.

REGULA XXXI.

Qui per internuntium restituit, Restitutionsi onere non semper liberatur, cum res aliena perit, antequam in manus domini reposita fuerit.

Si enim ratione iniustae acceptionis, sive retentionis, damnae illati aliquis Restitutionsi lege tenetur, ac rem iniuste acceptam, vel detentam restituere velit legitimum domino; ad id porro internuntium opera utatur, verbi gr. Patrochi, Viri Religiosi, Concionatores, Confessarii, aut alterius cujuspiam internuntii, qui probus, & fidelis habeatur; interm vero si res percat in ejusdem internuntii manibus, sive illius dolo, sive fortuito casu, nullatenus liberatur debitor ab onere restitutionis. Ubi enim culpa, vel mora debitoris praecessit, casus etiam fortuitus illi imputatur, ut respondet Greg. IX. Cap. Bona fides, Ext. De Deposito. Idque confirmat S. Antonius, P. 2. Tit. 2. c. 4. §. 1. Si vitium (inquit) usurae, vel furti, vel alterius damni est occultum, & restituere occulto modo per se, vel per alium facta est, ut non delegatur persona, cavet etiam diligenter, quod cum per alium facit, non facit casu, quod ita recipit, cui debet, & non ille sibi retinet, a qua non est propter hoc liberatus: nec consistat de Praedicatoribus, & Confessoribus, & Quasimariis, qui quarantur pecunias, non animarum salutem.

Si quis obnoxius fit Restitutionsi ratione rei acceptae, vel contractus, non ratione delicti, & res eadem numero restitui debet, ut commodatum, locatum, depositum, ejus porro restitutionem internuntium, qui fidelis habebatur, demandaverit, qui tamen non restituit, sive ex dolo, sive fortuito casu, tunc debitor culpa vacans a restitutionis onere liberabitur. Quoties enim aequae debitoris culpa res aliena perit, domino suo perit, ut ex Legibus comperitur est, scilicet L. Adversus, Tit. Commodati, vel contra, in Dig. Adversus (inquit) qui servandum aliquid conducunt, aut utendum accipiunt, damnum injuria ab alio datum non pertinet...

Procul dubio est. Quia enim cura, aut diligentia consequi possunt, ne aliqui nobis damnum injuria dei? Et L. Argentum, ibidem: Argentum commodatum si tam idoneo sermo meo tradidisset ad te perforandum, ut non deberet quis affirmare futurum, ut a quibusdam malis hominibus reciperetur, tamen, non meum detrimendum erit, si id mali homines interceptissint, Et L. Si mei causa, Ulpianus ait: Commodatam rem missis, qui repetere, non recipiet, auferat. Si dominus ei daturus esset, domino perit: si commendandi causa miserat, ut refferretur rei commodata ei, commodata est. Denique si restitutionis internuntius electus est a commodatario, nec a commodante probatus, res commodatario perit: si electus, ac missus est a commodante, ipsimet perit res sua, ut constat ex L. Eum, ibidem, paragr. 1. Sed etsi, dum referretur, periculum meum erit: si vero ipse, cui voluit, commissis, eque culpam mihi praestabit, si sua causa accipit.

Si vero res non debet eadem numero, id est, non secundum individuum, ac determinatum, seu singulare substantiam, sed eadem secundum genus duntaxat, & secundum pondus, numerum, aut mensuram, ut nammi, criticum, vitium, oleum, &c. restituenda est periculo debitoris: adeoque debitor, quantumvis culpe expertus, qui rem huiusmodi internuntio etiam fidelissimo restituendum commisit, restitutionis onere non est liberatus, si is forte in itinere spoliatur. Casus enim fortuiti debitorem non absolvunt, ut constat ex L. Incendium, Tit. Si certum ponatur, Cod. L. 4. cuius haec sunt verba: Incendium are alieno non exiit debitorem. Si tamen res illa, quae eadem numero restituenda est, debeatur ex culpa, vel in ea restituenda intercesserit mora nostra domino, debitor eam suo periculo restituere tenebitur; ejusque damno peribit, si perire contingat, antequam reddatur domino, seu cui dominus voluerit.

REGULA XXXII.

Praetor, qui res Ecclesiae usurpavit, eas Ecclesiae restituere, vel res, qui ab Ecclesia concessas illarum usufructibus est, relinquere tenetur.

Hanc Regulam tradit S. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. Praetor (inquit) potest rem Ecclesiae surripere tripliciter. Uno modo, si rem Ecclesiae, non sibi, sed alteri usurpavit usurpavit. Alio modo, si Episcopus usurpavit sibi rem Capituli, & tunc praetor est, quod debet restituere ponendo in manus eorum, ad quos de jure pertinet. Alio modo, si rem Ecclesiae sua custodia deputatam in alienum dominium transfrat, puta, conflagravit, vel amicit. Et tunc debet restituere Ecclesiae, & sub sua cura habere, ut ad Successorem perveniat. Tertio modo, potest Praetor rem Ecclesiae surripere solo nomine, dum scilicet incipit habere animam possidendi eam ut suam, & non nomine Ecclesiae: & tunc debet restituere, talem animam deponendo.

REGULA XXXIII.

Non solum ex iniusta vel aliena acceptione, vel detentatione, sed etiam ex iniusta boni alteri obnoxius interreptione, & impediens, restituendi onere obligatio.

Dammum enim inferri proximo, qui bonum illi obventurum interceptit, vel impedit. Tres autem debent concurrere conditiones, ut alterius bonum impediens restituere tenetur. Prima, ut sic impediens potuisset rem obtinere tali impedimento non posito. Secunda, ut rem iuste consequi potuisset. Si enim iuste rem obtinere non poterat, restituere non tenetur is, qui impedit, cum jus alterius non violaverit: ut si vir indignus, & incapax consecratione benedicti, vel Officii prohibitus fuerit, tamen, qui impedit, impulsus ut si fuerit ex odio, aut alio pravo affectu. Tertia conditio est, ut impeditur dolo, fraude, aut mendacio, aliae quilibet actione iustitiae opposita, qualis est calumnia, detrahitio, detentio personae, ne comparat; literarum illius interceptio, ne rem speratam prosequi possit; sine illata, aut minime intentata est, qui bonum illud erat collaturus. Solae vero preces, blanditiae, promissa non iniusta, minime sufficiunt, ut quis restituere tenetur, cum non sint causae effectus damni. Unde restitutionis onus non incumbit illi, qui precibus, blanditiis officiosis, ac frequentis adoratione, citra vim, ac mendacium, alicuius animam averit ab insititudo illius haeredem, quem prius instruit decreverat, aut a relinquendo legato, vel donatione faciendi, vel a Beneficij Ecclesiastici collatione.

Quicumque vero alteram impedit iniuste, ne rem consequatur, vel possidet, in qua, vel ad quam jus habebat per iustam provisionem, stipulationem, aliumve contractum, aut per electionem, praesentationem, aliumve titulum legitimum, quod datur actio ad rem petendam, restitutionis lege tenetur, quamvis solas preces, aut susceptiones, non vim, aut fraudem adhibuerit: peccavit enim contra iustitiam, cum jus alteri quatuor sine legitima causa frustraverit.

Hinc colligitur, lege restitutionis illum non teneri, qui

sine vi, vel fraude auctor fuit alteri, ut testamentum revocaret, & alium haeredem institueret; quia haeres, & legatarius jus non habent ad successionem, quando testator vivit, cum liberam habeat testamenti sui revocandi potestatem. Sicut ergo testator poterat testamentum suum sine cujusquam injuria revocare, ita potuit alium persuadere, modo dis non hinc, ut illud revocaret. Verum si vi, iniuria, aut calumniis testamenti, aut legati alicuius revocationem extorserit: aut volentem condere testamentum, vel codicillam, per vim, vel fraudem impedierit, impediendo, v. g. Notarii, aut testium accessum, restitutionis lege tenetur, cum iustitiam violaverit.

REGULA XXXIV.

Obligatio restituendi rem alienam ad haeredes suorum, raptorum, usurariorum, ac ceterorum, qui vel ratione iniusta acceptionis, vel rei acceptae, vel contractus, Restitutionsi obnoxii sunt, ita transit, ut restituere singuli tenentur pro rata saltem hereditatis portione, quae ad illos pervenerit. Idem onus legatariis, & donatoriis incumbit in supplementum.

Haeres enim, & defunctus censetur in Jure una eademque persona: & sicut haeres succedit in jura, ita & in onera relictis defuncti, secundum Legem, Haeres in omne, Tit. De acquirenda hereditate, in Digestis. Haec ratione perolvere tenentur realia debita defuncti, quantum ferre possunt vires hereditatis, ubi accuratam Inventarium bonorum omnium ad hereditatem pertinetium confecerit, ut factum est L. Scimus, C. Tit. De jure deliberandi. & de adenda, vel acquirenda hereditate. Quod & Regula Juris 149. in Digestis confirmat: Ex qua persona quos lucrum capis, ejus factum praestare debet. Et Lex, Ligator, C. Tit. De fructibus, & litem expensis, cujus haec sunt verba: Haeres quoque succedentis in vitium per sortuna habenda est. Haeres in vitium succedere dicitur, qui tamen factum, rapinam, usuram, fraudes non approbaverit, nec illorum criminum participaverit fuerit, & conficius, aut bona male parte alie ignoraverit, cum adit hereditatem, illa tamen hereditatis iure possidet: Restitutionsi (inquam) lege tenetur, sicut ille, cujus ad ipsum pervenit haereditas, ut explicat Glof. Legis mox prolatae. Si haeres (inquit) succedat in bonis defuncti, sive haeres idem crimen commisit, sive non, semper tenetur restituere usuras, quas defunctus extorsit in quantum se extendit illius hereditas. Idque optime colligit ex L. Cum haeres, Tit. De diversis temporalius praescriptionibus, Lib. 45. Digestorum, cujus haec sunt verba: Cum haeres in jus omne defuncti succedit, ignorantia sua defuncti vitia non excludit.

Idem confirmat c. Tua vos, Extra, De Usuris, quod est Alexandri III. Responsum, cujus haec sunt verba: Tua nos duxit Fraternalis consulendus, quid de usurariarum filii usurariorum, qui eis in crimine usurarum defuncti succedunt: aut extraneis, ad quos bona usurariorum asservit devoluta. Tunc igitur Quasitoni respondeamus: Quod filii ad restituendas usuras ad sunt distributione cogendi, quae pariter sui, si viverent, cogenda. Id ipsum etiam tenentur haeres, extraneis eadumque succedendum.

Et c. in Litteris, Ext. De Raptoribus, Idem Pontifex interrogatus, an incendiarius, ab Excommunicatione sine obligatione absolutus, Ecclesiastica Sepultura donari debeat, respondet: Si ita res se habet, mandamus, ut corpus ejusdem, appellations cessante, facias in Cameterio sepeliri: & haeres ejus moneas, & compellas, ut his, quibus ille per incendium, vel alio modo damnata contra iustitiam irrogaverat, iuxta facultates suas condigne satisfaciatur, ut sic a peccato valeat liberari; idem a Pontifici pro peccato in Purgatorio luendis.

Idem confirmat Greg. IX. Quaestioni simili respondens, c. Parochiano, Ext. De Sepulturis, cujus haec sunt verba: Sed ejus haeres, & propinquus, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciatur, Conjurata sunt Ecclesiastica compellendi.

Si haereditas unus solvendo non sit, tenentur alii, non quidem in solidum, sed in illud totum, quod singulis obvenit de hereditate, ubi ex bonis male partit tota constat haereditas. Si autem hereditatis bona non sufficiunt, legatarii, & donatarii ad integram restitutionem suppleendam tenentur ex eo, quod ad ipsos pervenit donatione, vel testamentum ejus, cujus bona restitutioni erant obnoxia, sive ex delicto, sive ex contractu, sive ex rei alienae possessione. Non enim eis licet, cum alterius damno, & iactura locum, pleari: neque tenentur, aut donator plus juris in illis transferre possit, quam ipse habebat. Sed est boni haereditatis ad debita diluenda sufficientem, legatarii restituere tenentur rem alienam, quae ipsi in propria specie legata est. Quin & dos data filiae obnoxia est restitutioni rapinarum, & usufructu patris, defectu aliorum bonorum, maxime si conflect, patrem omne patrimonium ex furis, rapinis, fraudibus, vel usuris consumpserit. Dos enim, & legitima filiorum constituantur, & assignantur, habita ratione bonorum patris, & deducto omni ere alieno, ut colligitur ex L. Paganianus, Tit. De iniustus Testamento, in Digestis. Et in computatione hereditatis sciendae, deduci primum debent

debita Testatoris, ut colligitur ex L. Scimus, §. 9. C. Tit. De iure delibandi, & de adenda, vel acquirenda hereditate. Et ex L. Si minor, C. Tit. De legatis. Neque vero grave fuis videri debet, si tantum priventur acceptis a patre, ut animam patris libenter satisfactione, restituentes, que dantur non fuerunt: cum aliunde, si propter filium sint, nihil praeferantur debent, quo patrem Animam patris iuvandam, a quo vitam acceperunt. Sic etiam pium, gratumque animam in parentes ostendit, & se ipsos a maledictione, & quae participes usurarum irruentur, liberantur.

Bandem Regulam confirmat S. Raymundus, L. 11. Tit. De Raptoribus, §. 2. De hereditibus autem Raptorum (inquit) licet secundum Leges aliter distinguatur, dico Iure Canonico eos teneri ad omnia debita defunctorum, in quorum locum succedunt, si velenda, si fuerint ex contractu, vel quasi; si vero ex maleficio, vel quasi; si fuerint res illa, pro qua debitorum suis contractum, ad eum, si non sit si fuerit contractum cum defuncto, si non. C. de leg. 1. q. 6. Si Episcopus, Ext. De Pignoris. Ex praesentibus, & De solutionibus. Et De Usuris, Tit. nos. Et de Raptoribus, in litteris, & De Sepulchris, c. ult. Hanc opinionem tenent omnes Doctores.

De Restit. tione.

De Restit. tione. *mei...* Quid si non fuerit hereditas ad debita persolvenda? Videtur, quod si non fuerit Inventarium, nihilominus tenentur ad omnia, si vero fuerit, tunc non tenentur, nisi in quantum hereditas sufficit, C. De Iure delibandi, & L. Scimus. Ego credo, quod in iudicio anima non tenetur, nisi in quantum sufficit hereditas. Distinguo tamen inter debita, & legata, & reliqua. Quia debita tenentur solvere absque detractum legitimum, si necesse est quantum potest sufficere hereditas: de legatis autem potest detrahere suam legitimam, si hoc sunt, quod illis solvitur non remaneret sibi legitima. Nam in legitima pater filium gravare non potuit. Et §. 26. Quid si plures sunt heredes? Non quidquid tenetur in solidum creditoribus, an pro hereditaria portione? Respondet: Regulariter tenetur quilibet heredes pro parte hereditaria. C. De hereditariis actionibus, l. 1. & 2. Et certe si heredes tenentur in solidum restituere, ac solvere debita defuncti ex delicto provenientia, nempe ex furto, rapina, usuris, & lucris quibusvis illicitis, bona defuncti essent hypotheca creditoribus, quibus damnus in tulit, seu fortis, seu rapinis, siue usuris, concussionibus, aut aliis delictis. Obligatio enim in solidum fundamentum est hypotheca, qua bona debitoris creditori pro debito manent obligata ex mutua conventionione. Bona porro defuncti obligata non manent debitoribus pro debitis provenientibus ex delicto, cum nulla conventio ea de intercesserit, ex quo duntaxat hypotheca expressa acquiritur: nec ulli Lex Civilis, nullum Iuris Municipalis, siue Consuetudinarii caput, nulla Constitutio Regia hypothecam debitoribus concedit in bona creditorum pro debitis provenientibus ex delicto: immo nec ulla Canone, aut Iuris Pontificii Decreto tacita huiusmodi constituitur hypotheca. Ad restituendum igitur, ut solvendum huius generis debita in solidum non tenentur heredes, sed solum prout parte hereditatis, quae ad illos pervenit.

REGULA XXXV.

Restitueretur Usurarius quicquid lucratum est per Usuram, ex rebus, quarum usus non est ipsarum consumptio, non vero, quod lucratum est ex rebus, quae ipso usu consumuntur.

Hanc Regulam tradit S. Th. 2. 2. q. 78. art. 3. Res quaedam sunt (inquit) quae non habent usum fructum, secundum Iura; & ideo si talia fuerint per usuram exorta, puta denarii, tricentum, vinum, aut aliquid huiusmodi, non tenetur homo ad restitutionem nisi id, quod accepit: quia id, quod de tali re est acquisitum, non est fructus huiusmodi rei, sed humana industria; nisi forte per detractionem talis rei aliter sit damnificatus amittendo aliquid de bonis suis; tunc enim tenetur ad compensationem documentis. Quaedam vero res sunt, quarum usus non est earum consumptio: & talia habent usum fructum, si- cut domus, arbor, & alia huiusmodi. Et ideo si quis domum alterius, vel agrum per usuram exortisset, non solum teneretur restituere domum, vel agrum, sed etiam fructus inde percipios: quia sunt fructus rerum, quarum alter est Dominus, & ideo id debetur.

De Restit. tione.

Dominium quidem rei ex usuris comparatae transit ad Usurarium ementem, neque usuraria res illa est, sicut Neque numerus ex resursum redactus furivus est, ut dicitur L. Qui vas, Tit. De Furtis, in Digestis: sed tamen obligata manet illi, a quibus Usurae sunt acceptae. Succedit enim hac res loco pretii; sicut e contra pretium succedit loco rei. Unde Alexander III. c. Cum tu, Ext. De Usuris, respondet: Restituitur vero, quae de Usuris comparatae sunt, debent vendi, & ipsarum pretio huius, a quibus Usurae sunt extortae, restitui: ut si non fuerit a parva, sed etiam a peccato possum, quod per Usuram extortione incurrerat, liberari. Idem confirmat S. Th. ibidem in Responsione ad secundam objectionem: Possessionem, inquit, quae de Usuris sunt comparatae, non sunt earum, quarum usus est, sed illarum, qui eas ementur: sunt tamen obligatae illis, a quibus fuerunt usurae acceptae, sicut et alia bona Usurarii. Et ideo non precipitur,

quod assignantur illa possessiones huius, a quibus fuerunt acceptae usurae, quia forte plus valent, quam usus, quae dederunt: sed precipitur, quod vendantur possessio. Et earum pretia restituantur, scilicet secundum quantitatem usurae acceptae.

REGULA XXVI.

Quicumque Usurarum exactio cooperatus, ad Restitutionem tenentur, in subsidium illorum, qui usuras acceperunt, si illi non restituerint.

Quicumque enim damni causa est, Restitutione lege tenentur principaliter quidem, qui damnum percipiunt auctores sunt, alii vero in subsidium, si ille danum illatum non restituit. Quamobrem Notarii, & Tabelliones, qui Instrumenta faciunt ad palliandas usuras, tenentur ad restitutionem usurarum acceptarum ratione instrumenti ab illis confecti, maxime si usuram ob inopiam siturere non possint. Idem est iudicium de Advocatis, Procuratoribus, qui contractus feneratorios defendunt: Ita de Principibus, & Magistratibus, qui Legibus suis, Status, vel Sententiis, usuras approbant, & feneratoribus exigendi, vel non restituendi dant auctoritatem, earumque repositio onem prohibent: Item de Concessariis, qui mactatum usurarum ad Confessionem receperunt, & abolverunt, contra formam capituli Quamquam, Tit. De Usuris, in exto. Item de Conscientiarum Moderatoribus, & Doctoribus, qui de casibus Usurarum interrogati, respondent, furiosos Contractus non esse, qui secundum probabiliorum Teologorum Sententiam, legitime magis, quam cupiditate veniant. Usurarii sunt, & censentur: & Restituitioe noxios non esse, qui contractus illos iniuriunt.

De Restit. tione.

Ad restitutionem tenentur & fideiussor Usurarium, & Restituitioe. qui pro ipsius in usurarum restitutionem fideiussor. Et quidem si ante cessationem bonorum ab illis sitam pro illis se obligaverunt, in omnem eventum bonorum ad restitutionem, & quamvis Usurarius cum deficiatur fideiussor, deficiat esse solvendo, vel cedat bonis, nihilominus fideiussor tenetur ex facultatibus suis solvere. Nam, ut ait opinio L. 4. Inst. Tit. 14. Quaedam exceptiones, quae debitoribus dari solent, fideiussoribus non dantur, Ecce enim debitor si bonis suis egerit, & cum eo creditor expensum, defendatur per exceptionem, si bonis egerit: sed haec exceptio fideiussoribus non datur: ideo scilicet, quod quilibet pro debitoribus obligat, hoc maxime praesertit, ut in facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab illis, quos pro obligavit consequi. Quod si non simpliciter fideiussor solvatur, sed pro restituendis usuris mortui, qui sinilla cautione solvelli non poterat, tenetur solum restituere, in quantum vires hereditatis usurarii tempore fideiussoris valebant.

Tenentur etiam ad Restitutionem proxima, seu mediatores usurarum acceptarum, si pro creditoribus operas praebuerint, ut quarecent, cui mutuum cum usuraret. Illi enim sceleris participes, ac fautores sunt, ac pinde tenentur ad restitutionem in subsidium Usurarii, si non restituerint, ut colligitur ex L. si sciatis, ad legem Pompeiam De Particulis, Lib. 48. Digestorum: cuj quidem Legis Glossa ad verbum cavet, sic habet: Non quoniam contra proximitatem, ut tenentur reddere Usuras, tenendum Reellesiam, ac si ipsi accipiant. At vero si promissa, seu mediatores ex parte tantum mutuum accipientis tenentur ad invendum creditorem, qui pecuniam mutui dare, restitutionis lege non tenentur, etiam si dixerint eum, qui solvitur non erat nisi cum usuris mutuum dari, quod nullum habet cum usurario societatem, nullamque damna nullam lucrum ab eo percipiat, ut dicit ad ipsum os, qui mutua pecunia indigent, & ad usuras accipere pati sunt.

Ad restitutionem prout tenentur negotiorum Usurarii gestores, qui pro eo dant mutuum ad usuras, etiamque recipiant, aut contractus usurarios eius nomine ineant: ut usurario servituri ad usuras exigendas, vel accipiendas, vel praesent mensis fenebris, vel mutuum ferunt quod ad usuram dari non ignorant, vel pignora acquirunt ad usuram usque solutionem custodienda, non debitorum utilitatem, sed in commodum, & gratiam locatorem. Item qui domos suas publicis usurariis locant. Et enim omnes usurarum exactioe cooperati censentur.

Ad restitutionem etiam tenentur tuores, & curatores, qui usuras exigunt, & recipiunt nomine papillorum, si solvendo non sunt illi, quorum nomine illas accipiunt. Quamobrem Canone Sicent non suo, dit. 46. qui ex S. Lone ad Episcopos Campaniae scribente sumptus est, non inus danturur tenent, quod alieno nomine Clerici extercer, quam quod suo, indecens est enim, inquit, crimen summo modis alius impendere. Vbi Glossa observat, hinc argumentum sumi, Quod si aliquis quis Procurator, vel Tutor sanquoque recipit usuras, non potest petere, ut sibi restituatur usurae. Unde si aliquis Tutor a me recipit usuras nomine pupilli, finito officio, possum petere usuras a Tutore, quia pro peccare non debuit: secus in aliis contractibus, quia in officio non convenitur tutor, vel curator: ut colligitur ex. Si non subseripisti, C. Tit. De Administratione Tutorum, & L. 1. C. Tit. Quando tutores, & curatores esse desinant. Id confirmat S. Raym.

S. Raym. Lib. 2. Tit. De Usuris, §. 18. Sicut, inquit, prohibetur aliquis recipere usuras nomine suo, ita & alieno. Et si accipit alieno nomine, siue sit tutor, siue sit curator, vel quicumque alius, tenetur ad restitutionem, si ille, cuius nomine accipit, vel non est solvendo, vel non vult restituere. Nam facientes, & consentientes par poena castigantur. Causa 2. q. 11. Canone, Notum, Idem docet S. Antonianus P. 2. Tit. 2. cap. 4. §. 3.

REGULA XXXVII.

Creditoris condonatio a Restituitioe obligationis liberat debitorem.

De Restit. tione.

Juris enim, bonorumque suorum quisque dominus est, & condonatio debiti facta, non detinetur amplius res aliena invito domino. Sed in condonatio creditoris debitorem in foro conscientiae liberat ab obligatione solvendi, aut restituendi, tres conditiones concurrunt necesse est. Prima est, ut condonatio facta sit ab eo, qui condonare poterat: cuius conditionis defectu invalida est condonatio, quam faciant filiifamilias, pecunia caltrae aut quasi caltrae non habentes, pupilli, minores, Religiosi Professi, stulti, furiosi, prodigi Magistratus Sententia declarati, & bonorum suorum administratione exclusi, & alii, qui donandi, atque adeo condonandi potestatem legitimam non habent. Quamobrem si Vir Religiosus, aut Sanctimonialis alicui ex confanguineis suis, vel amicis condonaverit debitum ex pensionis vitalitatis, donatorem, aut fundatorem contractu proveniens, ut ex eo, quod mutuum inconsulto forte Superiore ipsis dederit, non restituitur illi ab obligatione solvendi Conventui: quia Monachus nihil proprium habet, adeoque nihil donare potest. Unde Canon Abbat, dit. 54. ex S. Isidorus Hispalensis, dicitur, Abbat, vel Monacho Monasterii forum non licet facere liberum. Qui enim nihil proprium habet, liberatem rei aliena dare non potest. Nam sicut etiam saeculi Leges sanxerunt, non potest possessio alienari nisi a proprietario. Sed neque Clericus, nulla alia bona habens praeter bona Ecclesiastica, remittere potest confanguineo suo, vel alteri, qui solvendo sit, debita ex illis bonis provenientia, aut restitutionem condonare: quia bonorum huiusmodi dominium non habet, sed solum dispensationem, ut colligitur ex Can. Episcopi, causa 12. q. 1. qui ex Concilio Agathensis Can. 48. & ex Can. Placent, eadem causa, qu. 3. qui est Concilii Carthagenensis 3. 49. Ex c. Investigandum, & alii, Ext. De Peculis Clericorum, & c. Relatum est, 2. Ext. De Testamento, quod est Alexander III. Responsum. Quod quidem & de bonis ipsius est portione Clerico singularium assignata, & addita reservata, & residuum intelligendum esse censent Innocentius III. in c. Cum in officio, De Testamento, Panormitanus in c. Commis, subed. Tit. Joannes Andreas in Canone Res Ecclesiae, causa 12. q. 1. Glossa in eundem Canonem, & Gratianus in eadem Causa, & questio, ubi & ad hujus confirmationem Sententia illud S. Augustini proferit ex illius Epistola ad Bonifacium Comitem alias 50. nunc 185. §. Prima, & quae nobis sufficiant, possidemus, non sum illa nostra, sed pauperum, quorum precavimus non quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus.

Secunda conditio ad condonationem legitimam necessaria est, ut spontanea sit, non dolo, non fraude, non vi, non iniuria extorta. Unde si quis, ad condonationem debitorem, aut restitutionis obtinendam, pauperatim simulet, seque solvendo non esse mentitur, aut multo graviora damna passum, quam revera passus sit: ex creditoribus totum debitum amittitur minerat, nisi partem condonet, non est liber a restitutione onere: Fracas enim, & dolus nemini debent patrocinaris. Casum istam elucidat S. Antonin. P. 2. Tit. 2. c. 1. §. 1. Ubi, inquit, certum est, & clarum debitor, & ratio usurarum, vel alterius usurpationis, nisi debitor liberaliter remittat illud, quod veniit: etiam si de mille decem tantum remittat, si hoc facit, quia parat, se aliter non posse restituere, non valet illa remissa facta ex publico pacto quoad animam. Unde cum Auditor informati passus fallit, & occultans multa de bonis suis mobilibus, ut non perveniant ad manus creditorum, quartis compositionem cum eis de minori quantitate quam debet: puta, promittit respondere singulis creditoribus ad rationem quinquaginta solidorum pro libra, cum tamen pesser totum dare, vel cedere bonis, cui compositioni assentientur creditores, & ita recipiunt liberam eum de residuo certum est, quia quod dedit dedit tenetur de residuo cum illi non sponte, sed coacti fuerint illam remissionem, volentes potius illa parte carere, quam toto. Quinimo & si cederet bonis totaliter, nisi liberando, non sufficiens bona illa ad satisfaciendum, si postea pervenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur de residuo, Ext. De Solutionibus, c. Ordardus.

Tertia conditio requiritur, ut condonatio ab obligatione restituendi in foro conscientiae liberet, et, ne Jure vetita sit, five ne debitor potius lege declaratus sit incapax condonationis. Hinc Viriosus Ecclesiarum, si ab eis, quos visitat, vel quorum vice Sacram Visitationem obit, aliquid accipiat praeter sumptus necessarios, duplam restituere tenentur, etiam ante Sententiam Iudicis, Nulla ei in hoc damnum Nat. Alex. Theol. Tom. II.

remissione, liberalitate, seu gratia voluntaria, ut habetur c. Exigit, Tit. De Censuris, in Sexto. Similiter Iudex Delegatus, si quid a partibus acceptit, nisi forte esculentum, aut poculentum mera liberalitate obtulatum, quod paucis diebus postea consumi; vel si propter coactum sibi commissum extra domicilium profectus acceptit aliquid praeter expensas moderatas; vel a partibus pauperibus aliquid expensarum etiam nomine exegerit, ad Restitutionem integram tenetur, Nulla mine exegerit, ad Restitutionem facienda fuerit, remissione allata eorum, quibus Restitutio faciendae fuerit, remissione allata eorum, quibus Restitutio faciendae fuerit, Tit. De Rerum scriptis, in Sexto, Item si Inquisitores Officii sui ratione pecuniam extorserint, restituere iubentur ipsis, a quibus acceperunt. Nullis privilegiis, passis, aut remissionibus super hoc valentur; ut habetur in Clementinis, c. Nolentes, Tit. De Haereticis. Denique Canonici, qui Divinis Officiis non interfunt, ad restituere tenentur distributiones, etiam illi, quibus acceperunt, eas condonant, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 24. De Reformat. cap. 12. Distributionem vero, inquit, qui statim horis interfuerint, recipiant: reliqua quavis collatione, aut remissione exclusis his careant.

REGULA XXXVIII.

Prascriptio restituendi obligationem perimit.

Hae Regula ex intelligatur, supponendum est, quid sit Prascriptio, & quod ad illam conditiones requiratur. Prascriptio est acquisitio dominii usibus, vel directi per de restitu. continuationem possessionis temporis lege definiti.

Ad legitimam Prascriptioem quinque simul conditiones concurrunt, necesse est.

Prima est continuata possessio. Nam sine possessione prascriptio non procedit, ut habet Regula Juris 3. in Sexto. ad prascriptioem non habent res Sacrae, & publicae, Jurisque Ecclesiasticae, quibus. Unde Laici praescribere non possunt nisi cognoscant, ac iudicandi causis Ecclesiae, iura decimarum, primitiarum, atque bona spiritualia; ut constat ex c. Cassam, Ext. De Prascriptioibus.

Tertia est bona fides. Ut enim dicitur c. Vigilanti, sub eod. Tit. Nulla antiqua dierum possessio jure aliquem mala fidei possessorem, nisi respiciat, praequam se venerit aliena possidere: cum bona huiusmodi possessores alicui non possit. Tametsi enim Jure Civili possessor mala fidei tutus sit praescriptione triginta annorum; (L. Sicut, Codic. de Prascriptioe 30. vel 40. annorum) non tamen tutus est Jure Divino: ut colligitur ex eodem cap. Vigilanti, quod est Alexander III. Responsum: Episcopus, inquit, Legislator solum propter vitandam miseriam segnitiam, & longi temporis errorem, & constantiam primas triennalis, vel quadragennalis praescriptionis vigorem legibus imposuit. Nobis autem tam in rebus cognitissimas, quam legentibus, placuit non habere vigorem, Idem, neque in rebus, quas dominus ab aliis possideri cognoscit, nec in rebus, quas verus dominus ad se pertinere nescit, ut explicat Glossa. Idem confirmat cap. Quoniam omnes, sub eodem Tit. quod est Innocentius III. Decretum in Concilio Lateranensi 4. Quoniam, inquit, omne, quod non est ex dolo, peccatum est, synodali iudicio desinitur, ut nulla valeat abique bona fidei prascriptio tam Civica, quam Civilis; cum generaliter sit omni Constitutioni, atque consuetudini derogandum, quae abique peccato mortali non potest observari. Unde oportet, ut qui praescribit, in nulla temporis parte vel habeat conscientiam aliena. Hinc Regula Juris 2. in Sexto: Possessor mala fidei nullo tempore non praescribit.

Quarta conditio legitime praescriptionis est titulus probabiliter praesumptus: nam si certus esset, transferret certe dominium non expectata praescriptione. Id constat ex c. Si diligenti, Ext. De Prascriptioibus, cuius haec sunt verba: Cum in praescriptione Reorum Ecclesiasticarum bona fides, & iustus titulus exigantur. Nunquam porro iustus est titulus, si res sit vitiosa, id est furta, vel vi possessa; ideoque non solum fur, vel raptor, sed nec ullus alius, quamvis ab eo emerit, vel alias bona fide acceperit, praescribere, vel usufructu capere potest, ut habetur in Institutionibus Justiniani, Tit. De Usacap. §. Et furivus, & §. Quod autem.

Quinta denique conditio praescriptionis legitime est tempus lege definitum, quod est triennium in situazione mobilium: in praescriptione autem bonorum immobilium privatorum, cum titulo anni decem inter praesentes, & viginti inter absentes; sed sine titulo anni triginta, tam Jure Civili, quam Jure Canonico, Cap. De quarta, Cap. Ad aures, Cap. Illud, Cap. Quia iudicante, & Cap. Accedentibus, Ext. De Prascriptioibus. Solum Romanae Ecclesiae competit Privilegium, ne adversus eam nisi centum anni praescribat.

Tempus autem ad praescriptionem requiritum fuerit pacificum necesse est, neque ulla litis contestatione interruptum, ut respondet Alex. III. c. Illud Ext. De prascriptioibus, cuius haec sunt verba: Si de praescriptione, & interruptione inter partes fuerit mora quaestio, ab utraque parte testes recipi debent: & si probata fuerit interruptio, praescriptio non tenet. De praescri. tione.

bior. Civili tamen Gallorum Jure contestatio litis triennii lapsu interrupta ita perimitur, ut vim non habeat prorogandi actionem, & praescriptionem impediendi, ut constat ex Constitutionibus Rationabilibus Art. 15. modo contestatio litis bonam fidem possessoris non concussit. Sed praescriptionem duntaxat bonorum privatorum Contestatio illa spectat, non bonorum Ecclesiae, quae solo Jure Canonico judicatur.

His positis, evidens est, obligationem restituendi praescriptione perimi, siquidem praescriptio legitima vere transferat dominium, quod ita statuerunt Leges, tum ac rerum dominis in incerto essent: tum ut aliquis litium finis esset, & privatarum familiarum quieti consulere, quae iuste possessionis titulos, & instrumenta, probationesque, ac defensiones Actorum petitionibus oppostis, privatis, aut publicis calamitatibus quandoque amitterent: tum denique, ut negligentia domini rei fidei possessionem non curantis puniatur. Praescriptio igitur consummata dominium transferat in praesentem; adeoque rem praescriptam priori domino restituere ille non tenetur: sed illam velut suam retinere potest, quum post lapsum temporis ad praescriptio nem constituti certo intelligitur non fuisse suam. Id utroque Jure sancitum, confirmat S. Th. Quodlib. 13. q. 16. a. 2. Quae sit Utrum illi, qui mala fide praescripserit, teneatur ad restitutionem. Respondit circa hoc distinctionem esse inter Jus Civile, & Jus Canonium. Quia secundum Jus Civile talis praescriptio tenetur: sic autem Jus Canonium talis praescribere non potest: & ratio hujus contrarietatis est, quia alius est finis, quem intendit Civilis Legislator, scilicet pacem servari, & stare inter cives, qua impeditur si praescriptio non curretur: quicunque enim vellet, possit venire, & dicere, illud fuit meum, quocumque tempore: finis autem Juris Canonici tendit ad quietem Ecclesiae, & ad salutem animarum: nullus autem in peccato salvari potest, nec tenetur de damno, vel de alieno, nisi recompenset. Et ideo dicendum est, quod si quis praescribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem: utrumvis sciat alienum fuisse post praescriptionem: quia Lex potest aliquem pro peccato, & negligentia punire in re sua, & illam alteri dare, & concedere: sed qui mala fide praescribit, tenetur emendare, & satisficere, reddendo damnum, quod intulit.

Id confirmat S. Raym. Lib. 2. Tit. De Praescriptionibus, §. 33. Quare, Quando praescriptio completa est cum bona fide continua, & iusto titulo, & alii circumstantiis, & postea incipit possessor habere conscientiam rei alienae, utrum ad restitutionem tenetur? Questionem disceptat in utramque partem. Affirmans niti videtur precepto Domini, Ex. 20. dicens: Non concupisces rem proximi tui. Item his S. Aug. verbis, Lib. De Fide, & Operibus, c. 7. Bonae fidei possessor restituens dicitur, quando se possidere ignorat alienum; cum vero sciverit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc mala fidei possessor perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur. Idem probant verba, item c. Vigilanti, Ext. De Praescriptionibus. Negantem vero sententiam, scilicet, quod restituere non tenetur, nititur utroque Jure. Possidet ergo iste auctoritate Juris, inquit. Ergo non alienum, sed suum possidet: ergo non peccat non est, quod iure possidet. Hoc autem, quod iure, iuste, & hoc quod iure, bone. Item, Jure humano dicitur, Haec villa mea est: tunc iure Imperatorum, & quis audeat dicere? Haec villa mea, meus est iste servus, meus est haec domus. Distinctione 2. Quo iure. Item, cum Papa, & Imperator; quibus commissum est a Deo Regimen, & dispositio Mundi, statuerint hoc ex causa utilitatis, & honestatis, & propter publicam utilitatem, quis audeat contradicere? Causa enim fuit triplex: una, bona fides possidentis: secunda, adim negligentia petere rem suam: tertia, ne dominia rerum essent incerta, & confusa, & inde postea sequi multa mala. Quare sic in utramque partem disceptata, subdit S. Raymundus. Varias esse circa illam, repugnantesque sententias. Theologos fore omnes affirmantem propagare; & quod scilicet restituere tenentur; Juris peritos contrariam asserere, nempe quod restituere minime teneantur. Ipse vero mediam sententiam eligit. Mihi videtur, inquit, salvo meliori iudicio, aliter distinguendum: quia aut iste possessor post completam praescriptionem habet conscientiam remordentem; aut non. In primo casu, dicam ex praefato, quod restituatur rem; quia qui facit contra conscientiam etiam errantem, adhaeret ad gehennam. 2. In secundo casu, si dicit, quod eredit iuste possidere Jure auctoritate, non habet conscientiam super hoc remordentem: vel etiam si habuit aliquo tempore post completam praescriptionem, consilio Beatorum depositum omnem scrupulositatem conscientiae, tunc consuletur ei, ut restituatur, saltem propter ambiguitatem dupliciter, & quia vix possunt concurrere omnia, quae exiguntur ad praescriptionem. Si nullo acquiescere, non audeo sibi dare securitatem, quod si in statu salvandorum propter Juris prima parte indulta: non audeo etiam praefate asserere, cum tenari, ut esse propter hoc in statu damnandorum, propter Jura pro secunda parte indulta, praescribam cum se videretur servare per universum orbem, quocumque se diffundit Ecclesia. Sententia Ecclesiae est, teste S. Raymundo, Eum, qui bona fide praescripserit, ad restitutionem non teneri, quum vere completa praescriptione tandem cognoscat rem, quum possidet, non fuisse suam.

REGULA XXXIX.

Qui probabiliter per se suam rem esse suam, & suam possessionem capiat, & medio tempore adhaeruit, an sua esset, vel aliena, restituere illam non tenetur completa praescriptione.

Dubitatio namque superveniens bonam fidem semel habitam non perimit, adeoque non bone fidei possessionem interruptum. Utrum quis male fidei possessor sit, qui dubitans, utrum res sua esset, vel aliena, ejus possessionem adit, male tamen fidei possessor non est habendus, qui probabiliter persuasus esse suam, non crassi deceptus ignorantia, non avaris excacatus, aut impulsus, possessionem ejus cepit, postea nihilominus dubitavit, an sua res, vel aliena esset. Unde postquam Innocentius III. c. Quoniam, Ext. De Praescriptionibus, declaravit, quod Nulla valet abscque bona fide praescriptio tam Canonica, quam Civilis: Subdit: Unde oportet, ut qui praescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam aliena. Ex quibus evidenter colligitur, solam conscientiam, quod res sit aliena, tollere bonam fidem, non vero dubitationem. Idem confirmat Can. Si virgo, c. 1. In jure praedictum, inquit, tunc quisque bona fidei possessor rectissime dicitur, quando se possidere ignorat alienum. At, qui dubitat, si certe ignorat se possidere alienum, nec re alienae conscientiam habet; manet itaque bone fidei possessor. Idem confirmat Dominus, Ext. De secundis Nuptiis, quo Lucius III. decrevit, ut mulier, si de morte prioris conjugii adhuc existimat dubitandum, et qui solus possidet, debitum non debeat possidendi. Cym igitur debitum conjugale reddi non possit nisi bona fide, sequitur, bonam fidem dubitatione non tolli. Denique si quis, qui bona fidei possessionem invit, nata postmodum dubitatione non praescribere, sed restituere tenetur, falsa esset Juris Regula: la dubius poterit esse conditio possidentis.

REGULA XL.

Restitutio statim, & absque mora facienda est, si fieri possit. Certis tamen casibus differri potest, si nimirum id possidet grave periculum imminere vita, fama, innocentia, ac saluti debitoris; aut familia ipsius, vel etiam rerum legitime paratarum, statimque iuste acquisitis notabile detrimentum esse subitae restitutione emergens; nec simile damnum imminere creditori.

Hanc Regulam firma ratione probat S. Thomas, Secunda Secundae, q. 62. art. 8. Sicut, inquit, accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam: quia per hoc, quod aliquis retinet rem alienam invito domino, impedit eum ab usua rei sua. & sic et facit injuriam. Manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatum statim deserere, secundum illud Eccl. 21. Quasi a facie colubis fuge peccatum; & ideo quilibet tenetur statim restituere, si potest, vel potest dilationem ab eo, qui potest usum rei concedere.

Et in responsione ad primam objectionem sit, quod Praeceptum de restitutione facienda, quumvis secundum formam sit affirmativum, seu affirmativae exprimat imperium, involvit in se negativum praecipuum, quo prohibetur rem alterius detinere. Praeceptum autem negativum obligat tempore, nulloque tempore praetermissi ejus observatio potest; nullam moram patitur ejus executio.

Addit in responsione ad secundam objectionem: Quande aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absolvit eum ab instanti restitutione facienda: sicut etiam totaliter a restitutione absolvitur, si omnino sit impotens: debet tamen remissionem, vel dilationem petere ab eo, cui debet, aut per se, aut per alium.

Ex his patet, Restitutionem statim faciendam esse, si fieri possit: posse tamen differri, cum necessitas, & praesens impotentia restituendi moram postulat: unde inanis alio creditore a Jurisconsultis dicitur, quum inopia debitoris excludit. Et Gregorius IX. Cap. Odoardus, Extra. De solutionibus, de Clerico propter quendam debitor, quod solvere omnino non poterat, excommunicato sic respondet: Si confiteretur, quod vel in retum, vel pro parte solvere non possit debita supradicta, Sententiam ipsam sine difficultate qualiter relaxaret: recepta prius ab ipsius cautione, non si ad pinguiorem fortunam deveniret, debita praedicta persolveret. Praesens igitur impotentia restituendi excusat a restitutione statim facienda. Impotentiam dico, non solum physicam, ut Theologi loquuntur, quando scilicet nihil omnino habet debitor unde restituat, sed etiam moralem, cum nempe restitueret absque gravi sui, vel aliorum novero non potest: v. g. si debitor extremus, aut valde gravi necessitate premitur, cui aliunde succurrere non potest, quum ex re aliena iniuste possessa, Item si absque gravi periculo vita, fame, innocentiae, ac saluti suae, vel suorum restituere non valeat. Item, qui sine magno detrimento rerum suarum iuste paratarum, aut statim iuste acquisitis, statim restituere non potest, si solutionem absque peccato differri; modo tamen creditor sumi-

De Restitutione.

le damnum non paratur. Nam & Civili Jure sancitum est, ut induciae debitoribus indulgeantur, qui solvendo statim non sunt absque sua culpa, aut qui ad egestatem redigerentur, si creditores immisericordes ipsos nimium urgerent. Hinc Regula Juris 173. in Digestis: In condemnatione, inquit, personarum, quae in id, quod facere possunt, damnantur, non tamen quod habent extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne exant.

Præterea, Impossibile nulla est obligatio: Impossibile porro censetur, moraliter loquendo, homini ut statim restituat, si restituere non potest absque gravi detrimento rerum suarum iuste paratarum, aut absque ruina sui status iuste acquisitis v. g. si, qui debet centum aureos, statim eos solvere non possit, nisi domum suam, vel praedium multo minoris vendat, quam valet; si vir Nobilis restituere statim non possit, nisi ad statum plebeium, & mechanicum redigatur. Statum tamen suum imminuere tenetur, quantum saluti externa honestate, & decencia, famaque sua potest, & expensas domus suae, ac familiae moderari, ut solvat debita, & res alienas quam primum restituat. Si vero simile detrimentum imminere creditori ex mora solutionis, vel restitutionis, debitor statim restituere tenetur, etiam cum gravi damno rerum, vel status sui; qui extra casum necessitatis extremae, aut velat extremae, in pari causa damni potior esse debet conditio creditoris. Verum grave damnum, quod a restitutione statim facienda excollet, nequaquam censendum est, cum magna pecunie summa, seu res quavis aliena magno quantitate, & valoris restituenda esse, adeoque magna imminutio faciendi rei familiaris, cui immixta erat, & (ut ita loquar) incorporata; aut cum grande lucrum subita restitutione interceptum esse: id enim non est amittere suam, sed alienum relinquere, seu alieno non uti, secundum Regulam Juris 83. in Digestis: Non videtur res amittere, quibus propria non sunt.

Hinc sequitur, illam cum bona iniuste parta siene, vel statim iniuste acquisita, a restitutione statim faciendi non excusari, etiam si statim restituere non possit absque gravi rerum suarum detrimento, aut status everfione: nec etiam excusari illum, qui ludis, compositionibus, meretriciis amoribus, aliusque lumbribus inquit, ac superfluis, boni sui dequodando, ad eas angustias redactus est, ut absque gravi suo damno restituere statim non possit. Hic (inquam) restituere nihilominus tenetur, si absolute potest, nisi a creditoribus suis inducias obtinet, quod non mereatur.

Hanc Regulam S. Anton. confirmat P. 2. Tit. 2. Cap. 8. Quia, inquit, circa materiam istam facienda est, & mori iudicio satisfactorie, quod in certis casibus non tenetur quis ad statim restitutionem actualiter, etiam si habeat modum aliquem ad restituendum, & ab eo cui tenetur, invenire non potest, nec remissionem, nec dilationem, sed subitum, velit si ubi restituendum, quando videlicet statim inde sequeretur, vel foretibile damnum spirituale, vel temporale damnum notabile ipsius restituenti, vel aliorum, quod praepararetur damno ejus, qui debet habere, ex carere illius rei. Potest autem tale damnum esse spirituale, scilicet periculum mortis, infamiae gravis, seu scandalum notabile, vel damnum, & periculum probabile mortale culpa. Ratio hujus est, scilicet, quod talis restitutio potest differri, quia creditor magis debet velle in huiusmodi casibus, ut maximum incommodum, seu damnum ejus, qui debet restituere, evitetur modica restitutorum, quam suum incommodum modicum, vel damnum ex carere ad tempus sua rei. & si ergo unus casus, cum imminet ex huiusmodi restitutorum subita periculum damnum incommodum praevaleat: damno, quod inde habet creditor ex carere rei sua; puta, cum ipse creditor habendo illam rem, seu pecuniam, quomodo qui de suo retinet, magis potest respondere, & prevalere contra bonum commune. Nam tunc non tenetur restituere illi, sed sibi restitueret, ut restitueret sibi, vel hereditas suis, quando hoc fieri poterit sine praevulio boni communis. Idem videtur dicendum, cum qui male retinet rem suam, aut aliam, quod restituere se, vel aliam. Idem videtur dicendum, cum ex subita restitutione illi, qui restituere rem ablatam per furum, vel aliud vitium, detegeretur, & infamaretur, cum famasi quid nobilitas, quam substantia temporalis. Cum ergo quilibet debeat providere conservatori famae suae, potest tali differre restitutionem usque ad tempus, quod non deprehendatur in crimine, & differretur, si aliter provideri non potest. Idem dicendum, quando mulier habeat fidem per adulterium, nesciente viro, vel suppositit sibi alienum partum, qui non vult de bono viro, vel hares etiam admittitur, ut filius proprius: cum tenetur mater vult de omnibus, qua percipit filius ille putativus patris, non tamen debet revelare factum, quando hoc sequeretur, seu sequi probabiliter poster non sua, vel propter tali, vel etiam notabilis infamia, vel alia gravia scandala, secundum Raymundum, & Joannem de N. apud in Quodlibetis.

De Restitutione.

Alius casus est, quando ex huiusmodi restitutorum subita sequi potest mors spirituales, seu peccatum mortale probabiliter in restituente, vel familia ejus: peccatum mortale probabiliter aliena, aut tantam venit pauperitatem, qua debet non potest vivere, vel providere filii de vita, & restitui: & cum sine nobilitate conditioni, mendicare nimis erubescunt; ab amicis saluti sufficientiam non invenimus; laborare ne-

sciunt, vel non possunt, quia parvuli, vel infirmi; & sic restituendo exponitur periculo ipse cum familia sua furandis, vel prostituendis filiis, vel desolationis, ubi retinendo alienum, tum ipse ex industria sua providet, & parci sibi, & familia, & disponitur ad satisfaciendum paulatim. Idem videtur dicendum, cum quis habeat instrumenta artis sua, unde ex labore suo gubernat se, & suos, & videntes, ut tradendo ea, ut restituit suis creditoribus, non poterit laborare, & inde lucrari. Laborando autem cum praedictis ultra sustentationem suam, parci paulatim satisficere. Nec credo esse contra hoc, quod dicit B. Thomas, quod statim restituendum est alienum simpliciter. Non enim ita amare verba accipienda sunt, ut dicit Lex, sed civiliter, & in Sacra Scriptura dicitur statim fieri, quod sit prolixo tempore, ut patet Malachia III. Statim venit ad Templum sanctum suum, & c. Praecipue cum ex causa ita urgenti differunt, potest etiam multipliciter accipi in Jure, & non solum pro potestate facti, sed & juris, & commoditatis. Haec non sunt predicanda, ne pareatur vis detractionis alienorum, ad quod nimis persona sunt inclinata: sed cum magna discretionis in Constitutione, & Consiliis tractanda, & cum multis circumstantiis consideranda, qua honeste factum.

Querit subinde sanctus Antonius, Utrum illi, qui statim restituere potest male ablata, sufficiat ad salutem relinquere Testamento, quod haeredes restituant? Respondit cum Joanne de Neapoli, Id non sufficere, nisi in duobus duntaxat casibus: Primus est, quando habens male ablata credit verum, & pro certo, quod talis retentio non fit contra voluntatem domini. Talis siquidem retentio non est iniuriosa, seu injusta; nullas enim patitur iniustitiam volens. Secundus casus est, quando talis retentio rei alienae est contra voluntatem domini, sed inordinatam, puta, cum non reddatur gladius sarriso, hoc enim iuste fit. Et similiter hoc est, quando aliquis vult rem suam statim habere, quam retinere non potest dare sine notabili damno suo, & contra ille cuius est, potest sine damno suo, & incommodo carere ad tempus. Extra istos casus non sufficit ad salutem, nisi statim restituat. Ratio est, quia de necessitate salutis est vitare peccatum mortale: sed non solum auferre alienum, sed etiam retinere extra praedictos casus, est peccatum mortale, & contra iustitiam, cum faciat injuriam proximo; & hoc cum potest restituere: unde non sufficit ad salutem tale relinquere pro testamentum, quod haeredes restituunt: sed de necessitate salutis est statim restituere si potest. Sed si ille, cuius est res, non potest illa carere sine incommodo suo, etiam ad tempus, tunc oportet, quod restituat, etiam cum magno incommodo suo, nec sufficere dimittere pro testamentum. Tertius casus excusans restitutionem subita est, cum ex hoc immineret periculum mortis corporalis.

Et post multa, colligit illos, quibus restitutionis onus incumbit, Etsi retinere sibi quiddamdam necessaria pro sustentatione sui, & familiae, ad vitandum nulla pernicia anima, & corporis, quo verisimiliter loqui possent boni sui eductio, & omnibus se solvendo pro restitutione facienda. Quando forte tunc esset, scilicet restituere, & in Deo consistere, etiam si oporteret emendicare secundum Raymundum. Ad hoc tamen non tenent de necessitate salutis. Non tenent, inquam, ad cessationem omnium bonorum, & ad spoliumdem se omnibus, retenta sibi duntaxat velle, & baculo, Tamen, inquit S. Antonius, non debent tales ita laetare vivere, & pompae vestiri cum familiaribus suis, & illas suas cum magnis dotibus nuptiis trahere, sicut si non essent obligati ad restitutionem, sed pace vivere, & parvas notes trahere; & si non possunt Nobili, vel Mercatori nuptiis dare, artificii, & plebeo debent trahere, & alia superflua reserare. Cum multa ergo ponderata hoc negotium agendum est: cum efficaciter videntur facere quod possunt, ad restituendum, & in alio se bene habere, & cum timore Dei, credo possunt absolvi, & communicari. Qui autem & de eo, quod possunt, semper procurant, & ab invicem reputantur promittere Confessori restituere, & postea non faciunt, non videntur absolvendi, nisi prius faciant, vel disponant efficaciter negotium, ut habeat executionem.

REGULA XLII.

In restitutione facienda necessario servandus est ordo Legibus Civilibus, & Jure etiam Municipali praescriptis; cuius quidem ordinis violatio grave peccatum est iniustitia, debitorumque obligat ad resarciendum damnum creditoribus hinc emergens.

I. Et quidem certa prius restituenda sunt, quam incerta. Certe prius quorum creditores ignorantur, ut docet S. Antonius P. 2. restituenda Tit. 2. c. 7. Cum igitur, inquit, bona illius, qui restitutioni est obnoxius, non sufficiat ad certorum, incertorum, quo restitutionem, vel dabitur, an sufficiat ad utramque, Tunc restituenda sunt plane prius, & integraliter certa. Rationem ordinis istius asserit S. Archiepiscopus. Non enim succedit in pauperibus ipse Christus, nisi quando non reperiantur persona certa, quibus restituere debent certa, ut quasi per substitutionem succedere videntur; ac si diceret: restitui, Dimittite meos haereses tales, & tales, quibus debeo, vel etiam non debeo: sed se eos non reperiri contingat, substituo mihi

De Restitutione.

In hi Christum cum pauperibus. Accedit, quod Pauperibus non tenentur heredes dare pro restitutione in certorum, nisi unica ratione, scilicet in foro Dei: sed creditoribus certis tenentur duplici ratione, scilicet in foro Dei, & in foro Mundani; quia heredes possunt a creditoribus in iudicio conveniri.

II. In restitutione vero certorum prius restituenda sunt, quae per violentiam ablata sunt, furto scilicet, ac rapina, quam usurae, & alia debita: quia furto, & rapina gravior injuria illata est, cum illam passus sit proximus repugnantem omnino voluntate; Usuram vero solvit volens, voluntate saltem conditionata, & propterea minorem injuriam sapit in proximum. Alia vero debita mutui voluntate contrahuntur, nempe quod ratione emptionis, aut mutui liciti, locationis, & conductionis, aut similibus nominibus debetur. Et ideo rapina, & furtum prius restitui debent, quam ipsa usura, & alia debita licito modo contracta: eadem ratione prius rapina, quia gravior in violentia, & injuria, quam in furto. Cum tamen debitori bona sunt legitime parata, & debitoris honeste, iustaque contractis obnoxia, prius debita illa solvenda sunt, quam quae ratione delicti debentur, si restitui utrumque non possit. Sicut enim iniuste acciperetur ab aliquo divite, ut daretur elemosina pauperi, ut dicitur 14. q. 5. Cap. Forte: Ita & iniustum videtur de eo, quod iuste debetur alteri, puta honesti mutui, vel emptionis, vel aliquid liciti contractus, restituere alicuius: & non facienda multa, ut coarctantur bona. Sic etiam, quibus usurae prius restituenda videtur, quam solvenda debita honeste contracta, si ad utrumque bona debitoris sufficienter, prius tamen solvenda sunt illa, quam usurae, si non sufficienter facultas debitoris: Quia indecens videtur usum restituere de re iuste alteri obligata. Nam per hoc non tollitur injuria facta proximo, & Deo, sed additur nota, quia alienum auferitur: nec enim tenetur Deo, & proximo ratione usurae perperam, vel alterius male ablata, nisi in quantum potest de jure. Nemo enim ad impossibile obligatur. Si igitur non potest restituere usuram, nisi subtrahendo jus alterius, pro tunc excusat a restitutione. Itaque Usurarius restituat usuram, cum poterit de jure, & non de alieno; quia Non debet aliquis locupletari cum alterius injuria, vel iactura; ut habet regula Juris in Sexto. Si tamen Jus commune, & Municipale aliter decernant, omnia servanda sunt. Nam Jure humano possessiones, & alia ut propria possidentur, inquit S. Antoninus.

III. Prius restitui debent quaecunque certa debita, quam quaecunque ad pias causas relicta, atque donata. Ratio est, Quia donatio ad pias causas, & largitio sunt ex supererogatione: confilio, vel sunt forte bona incerta; restituitur autem male ablatorum, seu aliorum debitorum certorum est ex obligatione, & praecipio inquit idem S. Archiepiscopus.

IV. Debitor onerosa, ut ex emptione, locatione, permutatione, debitis gratuitis, ut ex gratuita promissione, praefrendenda sunt, priusque solvenda.

V. Prius solvenda sunt debita realia, pro quibus res debitoris pignori, & hypotheca obligata est, debitis personalibus, five chirographariis, pro quibus nullum pignus datum, vel hypotheca constituta. L. Est, Cod. Tit. Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, cuius haec sunt verba: *Est qui acceptant pignora, cum in rem aliam habeant, pignoriis omnibus, qui personarum actionibus competunt, praeseri consant.* Ubi vero una, eademque res pluribus est oppignorata, praefrendi sunt creditores anteriores in hypotheca non privilegiata, secundum Regulam Juris 54. in Sexto: *Qui prior est tempore, prior est jure.* Et L. Si fundum Cod. T. Qui potiores in pignore habeantur, dicitur: *Si fundum pignori accepisti, antiquam Republicam obligaretur, sicut prior est tempore, ita prior est jure.* In hypotheca vero, quibus Privilegium a Jure concessum est, haec Regula suas exceptiones habet.

VI. Prima vero est inter hujusmodi hypothecae illa, quam Jus concedit, qui suam creditur pecuniam ad edificationem, vel reparandam domum, vel navim alterius, aut aliquid simile. Hic enim creditor singularem habet potiorumque a Jure indultam hypothecam, qua res illa ipsi obligatur, ut ceteris creditoribus etiam hypothecariis praefratur, five generalem, five etiam singularem habeant in re illa hypothecam. Ratio est, quia sine tali mutuo res non existit, vel certe periret; atque ita prior creditor, vel nihil, vel parum commodi ex ea re habuisset. Id confirmat L. Interdum, & L. Hujus D. Tit. Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, quarum haec sunt verba: *Interdum posterior potior est priori; ut puta si in rem istam concessam impensum est, quod sequens creditur: veluti si navis sine obligata, & ad armandam eam, vel reficiendam ego credidero: hujus enim pecuniam salvam fecit totius pignoris causa: quod poteris quis admittere, & si in civaria navium fuerit creditum, sine quibus navis salva pervenire non poterat. Pari ratione, si quis in merces sibi obligatas creditur, vel ut salva fiant, vel ut navium exsolvantur; potior erit licet posterior sit: nam & hic potior erit.* Et L. Qui in navem, Tit. De rebus auctoritate Judicis possidentibus, in Digestis: *Qui in navem extrinsecam, vel instruendam praedit, vel etiam emendam, Privilegium habet.*

Ordo in restitutionem certorum debitorum servandus.

Prius restitui debent certa debita, quam quaecunque ad pias causas relicta.

Debitor onerosa praefrendenda sunt, priusque solvenda.

Ordo, & privilegia hypothecarum.

VII. Secundo loco privilegium habet hypotheca ejus, qui pecuniam mutuo dedit, ut alter rem aliquam emerit; aequum enim est, ut in eam rem hypothecae jus habeat supra anteriores creditores hypothecarios; qui abique tali mutuo rem illam debitor non haberet. L. Licet, Cod. Qui potiores in pignore habeantur, cuius haec sunt verba: *Licet isdem pignori multis creditoribus diversis temporibus datus prior habeatur potior: tamen eum, cuius pecuniam datum comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum statim convenit, omnibus anteferris Juris auctoritate declaratur.*

VIII. Tertio loco, illi, qui pro mercium vectura domino earum mutuum dedit, & ei, qui domum locavit, in quam merces, aut suppellex a conductore comportatae sunt, in illis mercibus, & suppellex illa Jure tribuitur hypotheca, cujus ratione creditoribus reliquis generalis, vel speciem hypothecam habentibus antefertur. L. Hujus, D. Tit. Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, §. Si qui.

IX. Quartum locum obtinet hypotheca pro dote, qui bona omnia vixi sic tacite afficiuntur, & obligantur, ut in dote restitutione uxori, cuius haeres reliquis creditoribus generalis hypothecam anteriorem habentibus praefratur. L. Auctus, Cod. Qui potiores in pignore habeantur, §. Sancimus ex stipulata actionem, quam mulieribus iam pro dote institutum dedimus, cuiusque etiam tacitam a navimus inesse hypothecam, potior jura contra omnes habere mariti creditores, licet anteriores sint temporis privilegio vallati. Creditoribus tamen anteriori hypothecam expressam habentibus non praefratur posterior hypotheca dotalis. Iniquum enim esset, si omnes anteriores creditores per nuptias debitoris perveniennes exciderent jure suo, quod expresse pacti fuerant. Verum si debitor, an cetera hypothecae priores sint dotali, Restitutio dotis prius facienda est, quam reliquis creditoribus, expressam hypothecam habentibus satisfiat, secundum Regulam Juris 80. in Digestis: *In ambiguis pro dotibus respondere melius est.*

X. Quantum locum obtinet hypotheca constituta in favorem Fisci, cuius debitor omnia bona sua Fisco obligata habet. L. Secunda, Cod. Tit. De Privilegio Fisci.

XI. Pensio alimentaria pupillorum, aut adulatorum etiam filiorum honeste conditionis, sed corpore, vel mente impotentium, ex bonis paternis, aut etiam maternis solvenda, praefrendenda est aliis creditoribus quibuscunque praecedentibus: quia nimirum Alimentaria necessaria dilacionem non sustinent. Idem est iudicium de Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarum expensis in ultima exigenda factis. L. In restitutione, C. Tit. De petitione hereditatis, cuius haec sunt verba: *In restituenda hereditate compensatio ejus habebitur, quod et in Mortui infirmam, inque sumptum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris.* Ad quam Legem Baldus Jurisconsultus ait, *Impensa facta in infirmam praefertur cunctis creditoribus, post tamen funeris impensam, de qua variae Leges extant Tit. Digestorum De Religiosis, & sumptibus funerum.*

XII. In debitis realibus, five hypothecariis creditor anterior alius ejusdem ordinis creditoribus posterioribus ita praefrendendus est, ut ei debitum in solidum solvendum sit, quavis bona non fappeterent, quo reliquis creditoribus hypothecariis solvendis satis essent. Illi enim, quorum posterior est hypotheca, bonorum defectu saepe coguntur propriis juribus in totum excidere, nec creditores quorum anterior est hypotheca, ex parte fraudantur. Quomobrem pauperes posteriores creditor non est legitimus, cur priorem hypothecam habent praefratur, nisi necessitas illius extrema sit, vel gravis; quo casu praefrendus est ea duntaxat ratione, ut ejus necessitas sublevetur. Ordo igitur Justitiae in restitutione servandus est, quae nec personam pauperis, nec valorem divitis respicit: in beneficentia vero servandus est ordo caritatis, ut ei prius subveniatur, ceteris paribus, qui magis indiget. Non licet igitur debitori, qui omnibus solvendo non est, sponte sua gratificari alicui creditoris in praerudicium anteriorum, aut habentium potiorum hypothecam. Alioqui, nisi ipsi juris, & facti ignorantia excuset, tenebitur de damno, & expensis creditoris potius sui habentis, ut colligitur ex L. Scimus, Cod. Tit. De Jure delibandi, §. 3.

XIII. Quod spectat personalia debita, nullus in eorum solutione ex necessitate justitiae servandus est ordo; nullum alteri praefrari, si jura eorum, & nomina aequalia sint, justitia, & leges jubent neque ulla in partitione bonorum debitoris servandi est inter eos inaequalitas, si ad singulorum solutionem non sufficienter, ubi creditoribus hypothecariis fuerit satisfactum. Quod enim reliquum erit facultatum debitoris, inter chirographarios creditores, & illos etiam, quorum jura, & nomina certa erant, five debitoris ipsius, five testamentum fide dignorum asserione, dividitur sine ulla discriminatione anteriorum, aut posteriorum obligationum: ut si fungali pro rata, & partem locuti fortiantur, & partem iacturae habeant. Verbi gratia, si postquam satisfactum est hypothecariis creditoribus, superest ex bonorum discussione mille auri, restentque decem chirographarii creditores, quibus singulari ducenti auri debeantur, fingulis assignabitur portio centum aureorum. Si autem eorum nomina, & jura inaequalia sint, servabitur in divisione pro rata proportio inaequalitatis. Observandum tamen, creditorem personalem sua

Debitor prior privilegium.

Ordo servandus in debitis personalibus.

In petendo diligentia sui consequi praerelationis in debiti solutione, prae alii creditoribus ejusdem ordinis, etiam temporibus prioribus, ut Jure Civili sancitum est, L. Pupillus, & 24. Tit. *Quae in fraudem creditorum facta sunt*, lib. 43. Digestorum, & L. Si non expeditur, Tit. De bonis auctoritate Judicis possidentibus, lib. 42. Ipse vero debitor ab hujusmodi creditorum uno, alio silentibus, five in iudicio, five extra iudicium interpellatus, illi tuta conscientia satisfacere potest, quantumvis ceteris posteriori.

XIV. Regulam, in cuius explicatione veramur, confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 2. Cap. 7. *Ceteris paribus*, inquit, *servanda est Regula, Qui prior est tempore, potior est jure.* Ubi autem sunt privilegia paria, scilicet personarum, & actionum, insimul aequaliter satisfaciendum est, nisi de aliquo illorem probetur, quod alteri praefrendendum sit, secundum legem pacti, vel scripti, seu usus approbati. Cum ergo non sufficienter satisfactum creditorebus ex integro, venientibus omnibus, ut sibi satisfiat, hic ordo servatur: Primo debet satisfieri dominis rerum, verbi gratia deponentibus, si depositi erant sibi facta. Secundo, satisfiat mercium venditori, si extant merces, hoc est, ipsa merces restituantur tanquam singulariter proprio obligata. Si autem plus valerent, illud plus redigatur ad communiem creditorum. Si autem ipsa merces non extant, sed vendita sunt, & loco agrum alie subrogata, tales subrogata non redduntur loco carnis, quia non sunt pro proprio obligata. Tertio, ceteris paribus praefratur uxori, quia hypothecam censetur habere: & ideo praefratur nequam praecedentibus personalem obligationem, sed etiam praetendens tacitam hypothecam: non igitur praefratur creditoribus habentibus anteriores hypothecae, & expressae. Fisco quoque simile habet privilegium cum muliere. Quarto, post hypothecae venient deponentes, si non extant depositum. Tali privilegio non gaudent, qui mutuant ab usurariis. Hypotheca autem prior est, quia pertinet ad rem ipsam. Quinto, veniunt simplices privilegiati, id est, habentes privilegia personalia, non realia. Sexto, & ultimo veniunt chirographarii: pro rata non attenditur prioritas contractuum: quia licitum est debitori pro cumulo creditorum facere detrimere causam creditorum priorum, non dominum, nec hypothecam, nec privilegium habentium. Et ista est ratio, quare in chirographariis creditoribus non attenditur tempus. Haec S. Antoninus ex Baldo Jurisconsulto ad Legem Cod. Pro debito, Tit. De bonis auctoritate Judicis possidentibus: ubi haec regulas de restitutionibus, & solutionibus debitorum ordine legitibus confirmat. Addit Sanctus Archiepiscopus: *Verum ubi Lex Municipalis, se Statusum Civitatis aliter disponerit, illi est standum, etiam in foro conscientiae, si non sit expresse contra Deum. Unde in aliquibus Civitatibus ut Florentia, fallente Mercatore, per Syndicos instituitur a Communitate, ubi non sufficienter bona Mercatoris fallentis ad plene restituendum omnibus satisfiat antequam prorata, secundum facultatem bonorum illius, & non prius nisi quam alteri, nisi aliquibus personis privilegiatis in hoc, ut mulieribus pro dotibus.*

Debitor prior privilegium.

CAPUT X.

De octavo Decalogi Praecepto.

Cum iustitia posset non solum, ut nulla fiat injuria proximo, verum etiam, ut pro illata injuria satisfiat, ad eam satisfactionem imperandum, & exigendam Tribumalia erecta sunt, Iudiceque constituti. Verum cum malitia hominum publica etiam iudicia perverti contingat, octavo Decalogi Praecepto iungit Deus Optimus Maximus, ne quis publici iudicii perversioni cooperaretur. Quamvis enim quilibet homo iudex esse non possit, ideoque omnis non datur, Ne iniuste iudices (quod publica quidem iudicia spectat) potest tamen quilibet perversioni iudicii cooperari, falsum testimonium dicendo: quomobrem omnibus hoc Praeceptum datur: *Non loqueris contra Proximum tuum falsum testimonium.*

ARTICULUS PRIMUS.

Quis sit huius Praecepti sensus; id est, quid prohibeat, vel iubeat.

Hoc Praecepto duas leges continet, docet Concilium Tridentinum Catheticus: unam prohibentem, ne falsum dicatur testimonium: alteram jubentem, ut simulatione, fallacique sublati, dicta, & facta nostra simpliciter veritate metiamur. Cujus officii Apollolus Ephesios admonuit cap. 4. Epistolae ad illos data. *Veritatem*, inquit, *facientes deponentes mendaciam, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra.*

Quamvis porro falsi testimonii nomine significetur quicquid in bonum, vel in malum partem de altero constanter men prohibetur illud testimonium, quod in iudicio falso dicitur a jurato, qui periculosus est. Juratos enim testes, nisi exceptionibus legitimis excludantur, aut eorum sit aperta improbitas, atque perversitas, nec Iudex quidem ipse potest

De falso testimonio, & mendacio.

ficere, siquidem In ore duorum, vel trium fiat omne verum. Nominis proximi, in quem falsum testimonium dicitur non licet, intelligitur omnis, qui eget opera nostra, se ille propequam sit, five alienus, five civis, five alienus, five amicus, five inimicus. Unde & in hoites falsum testimonium dicere nefas est, quos diligeret Christus, & Dominus nonnet jubet. Nec etiam in seipsum falsum testimonium dicere licet: quod qui committat, sibi sibi notam inurunt ignominiae, ac turpitudinis, & seipsum, scelerisquam ledunt, cuius sunt membra.

III. Ut vero testimonium veritas, mendacia, & perjurii hoc Praecepto prohibentur, sic & Accusatorum, & Reorum, & Patronorum, Cognitorum, & Procuratorum, Advocatorum, & omnium, qui iudicia constituunt, (inquit Concilium Tridentinum Catheticus.)

IV. Prohibetur etiam hoc Praecepto mendacium omne, tam extra iudicium, illud maxime quod alteri incommodum, id detrimentum possit afferre: de quo & Leviticus 19. dicitur: *Non facies furtum, non mentieris, non dabis unumquisque proximum suum.* Et Psal. 5. *Perdes omnia, qui loquuntur mendaciam.* Et Apocalypsis 21. *Timidis item, & incredulis, & homicidiis, & fornicariis, & idolatriis, & omnibus mendacibus pari illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est homo secunda.*

V. Hoc etiam Praecepto prohibetur obtractatio, contumelia, calumnias, sursuratio, de quibus diximus lib. 2. cum invidia, & ira filibus ageremus: item hypocritas, & stantis, de quibus etiam sermonem fecimus ageado de fibus inanis gloriae: item irrisio, ac aduatio.

IV. Prohibetur denique hoc Praecepto iudicium temerarium, & opinio querevis, vel suspicio prava de proximo ex verbis iudicis. Nam & cogitatio veritatem locutio est, secundum illud Psal. 14. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* Civitativo Decalogi Praecepto prohibetur nobis loqui falsum testimonium adversus proximum ore cordis pariter, ac corporis.

ARTICULUS II.

Mendacium in omni Legge Divina prohibitum, per seque illicitum, ac malum est.

Mendacium triplex vulgo distinguitur, scilicet officiosum, iocosum, & perniciosum. Officiosum est, quod sine injuria sit pro salute, vel commodo alicuius. Jocosum, quod sola placendi, seu delectandi voluntate. Perniciosum, quod gressu detrimentum inferri proximo, cuiusmodi sunt mendacia calumniosorum, & obtractatorum, & quae contractibus, civitatis, forensi iudicio, doctrina, & maxime, quae ad Religionem pertinent, committuntur. De trilitico illo mendacii genere S. Aug. in Pf. 5. legendus. *Liceo*, inquit, *perdes omnes, qui loquuntur mendaciam, quia redolentes ab eo, quod est, ad id, quod non est, declinant.* Et infra: *Duo sunt omnia genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa. cum aut iocantur, aut, ut proximos, mementur. Illud iocum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non illis. Novit enim ille, cui dicitur, joci causa esse illam mendaciam, non autem ideo malum est, quia retinet nonnullum benevolentiam. Tale fuit oblectricum Aegyptiarum mendacium, quae Pharaonis falsum renantivaverunt, ut infantes filiorum Israel ad interfectionem servarent. Sed ista non tenentur ad imple laudantur (inquit S. Aug.) quoniam qui talem hoc modo mentiuntur, merentur aliquando ad omni mendacia liberari. Nam isti, qui perstiti sunt, nec ista mendacia inveniantur. Qui in dicitur est. Sit in ore vero, Est, est; Non, non; Quicquid amplius est, a malo est.*

Vel ex hac una Christi Domini nostri Sententia compertum est, omne mendacii genus illicitum esse, & idemque ex lo Eccl. 7. constat: *Noli velle mentiri omne mendacium.* Idem confirmat S. Aug. Libris duobus, De Mendacia, & contra Mendacium, & Enchiridii Cap. 22. ubi haec habet: *Omne mendacium, ideo dicendum est esse peccatum, quia homo non solum quando scit ipse, quod verum sit, sed etiam si quando errat, & fallit sicut homo, hoc debet loqui, quod nimo gerit, si vero illud verum sit, si vero putetur, & non sit. Omnis autem, qui mentitur contra id quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi.* Et inique verbum praeteritum sunt infirmitas, non per qua se homines invicem fallunt, sed per qua alterius qui que notitiam cogitationes suas proferat. Verbi ergo uti ad fallaciam, non ad quid infirmitas sunt, peccatum est. Ite ideo nullum mendacium putandum est, non esse peccatum, nisi possimus aliquando alicui prodisse mendacium. Possimus enim, & furando, si pauper, cui palam datur, sentit commocendum, & dices, cui clam tellitur, non sentit incommodum: id ideo tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. Possimus & adulterando, si aliqua, nisi ad bene ei consentiant, appareat amando meretricia, & si viseret, faciendo purgatione: nec ideo peccatum negabitur tale adulterium, si autem erit nobis placeat castitas, quid ostendit veritas, ut propter istam utilitatem illa non videtur adulterando, & oloetur haec mendacio? Plurimum quidem ad bonum proficisse homines, qui non nisi pro salute hominis mentiuntur, non est mendacium: sed in eorum tali profectu merito laudatur, vel etiam

Deut. 19. Matth. 5.

Mendacia officiosa, & iocosa, peccata sunt, tamen venialia.

Eccl. 7. Matth. 5.

